



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LXXIX. De duabus partibus quasi integralibus iustitiæ, quæ sunt  
facere bonum, & declinare à malo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Et non habentem etiam illi probabiliter creditur fides depofita, & non diftraftor depofiti ac per hoc committitur ei actus bonus, de his sperans, quod fiet ab illo. Hic creditur contra-rium & committitur actus bonus delictus ei, qui probabiliter ti-mentur facturus oppofitum. Et propterea hic commiffor particeps

QVAESTIO LXXIX.

De partibus integralibus iustitiae, in quatuor articulis diuifa.

**D**EINDE considerandum est de partibus integralibus iustitiae, quae sunt bonum facere, & a malo declinare, & de vitis oppofitis. Circa quod quaeritur quatuor.

- ¶ Primo, Vtrum duo praedicta sint partes iustitiae.
- ¶ Secundo, Vtrum transgressio fit speciale peccatum.
- ¶ Tertio, Vtrum omiffio fit speciale peccatum.
- ¶ Quarto, De comparatione omiffionis ad transgressionem,

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum, declinare a malo, & facere bonum, sint partes iustitiae.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod declinare a malo, & facere bonum, non sint partes iustitiae. Ad quamlibet enim virtutem pertinet facere bonum opus, & malum vitare: sed partes non excedunt totum. ergo declinare a malo, & facere bonum, non debent poni partes iustitiae, quae est quaedam virtus specialis.

¶ 2 Praeterea. Super illud Psal. 33. Diuerte a malo, & fac bonum, dicitur glo. Illud vitat culpam, scilicet diuertere a malo, hoc meretur uitam, & palmam, scilicet facere bonum: sed quilibet pars virtutis meretur palmam, & uitam. ergo declinare a malo non est pars iustitiae.

¶ 3 Praeterea. Quaecumque ira se habent, quod vnum includitur in alio, non distinguuntur ab inuicem, sicut partes alicuius totius: sed declinare a malo includitur in hoc, quod est facere bonum, nullus enim simul facit bonum, & malum. ergo declinare a malo, & facere bonum, non sunt partes iustitiae.

**S**ED CONTRA est, quod Augustinus libro de correptione & gratia ponit, ad iustitiam legis pertinere, declinare a malo, & facere bonum.

**R**ESPOND. Dicendum, quod si loquamur de bono, & malo in communi, facere bonum, & vitare malum pertinent ad omnem virtutem: & si hoc non ponitur partes iustitiae, nisi forte

temperato facere intemperatum. Constituta vero aequalitate a me potest alius me inuito corrumpere, ut patet cum reddendum iustitiam agrum iohanni, & alter inbet eundem agrum ab eo auferendum. Corruptum. n. ille aequalitate, quam ego feci. Et hinc intentum ad propositum differentia clara habetur. quod in alijs virtutibus facere medium, & non corrumpere illud, idem est, sicut illuminatio coccinae. In iustitia autem facere aequalitatem, & non corrumpere illam, diuersa sunt: quia aequalitas facta in rebus non conseruatur ex meo facere, quia non dependet a me: potest namque a multis alijs corrumpi. Quia ergo aliud est facere aequalitatem, & aliud est corrumpere aequalitatem factam a se, uel ab alio, & hoc non habet locum in alijs virtutibus: ideo facere bonum, & declinare a malo, quae haec important, assignantur specialiter iustitiae, & non alijs virtutibus. Et quia auctor non uidetur ex literae superficie super hac se fundasse differentia, ideo respondendo ad obiecta dicitur, quod differentia ista secundum ueritatem non attenditur penes recessum a termino a quo, puta, malo: & accessum ad terminum ad quem, puta, bonum: sed penes facere terminum ad quem, & non corrumpere illum. Et hoc exprimitur litera, assignando, quare specialiter haec sunt partes iustitiae, ut patet in hac responsione. Causa autem quare litera de alijs uirtutibus meminit accessum ad medium, & recessum ab extremis, & hoc contrapofuit, ut apparet, uerae differentiae, quae est secundum facere, & non corrumpere, fuit, quia auctor a notioribus docebat, & manifestis. Manifestum autem est, quod in alijs uirtutibus declinare a malo, & facere bonum communitur sumuntur pro recessu ab extremis, & accessu ad medium. Et propterea ostendit, quod haec manifeste importata per has partes in alijs uirtutibus non sunt duae partes. Et per opofitum est, quod illa quae manifeste importantur per easdem partes in materia iustitiae, sunt duae partes: ita quod auctor

iustitia accipiatur prout est omnis uirtus. Quamuis etiam iustitia hoc modo accepta respiciat quaedam rationem boni specialem, prout est debitum in ordinem ad legem diuinam, uel humanam: sed iustitia secundum quod est specialis uirtus, respicit bonum sub ratione debiti ad proximum. Et secundum hoc ad iustitiam specialem pertinet facere bonum sub ratione debiti in comparatione ad proximum, & vitare malum oppofitum. s. quod est nocium proximo. Ad iustitiam uero generalem pertinet facere bonum debitum in ordine ad communitatem, uel ad Deum, uel vitare malum oppofitum. Dicuntur autem haec duo partes iustitiae generalis, uel specialis quasi integrales: quia utrumque eorum requiritur ad perfectum actum iustitiae. Ad iustitiam non pertinet aequalitate constitutere in his, quae sunt ad alterum, ut ex supradictis patet. Eiusdem autem est constitutere aliquid, & constitutum conseruare in his, quae sunt ad alterum. Constituit autem quis aequalitatem iustitiae faciendū bonum, id est, reddendo alteri, quod ei debetur. Conseruat autem aequalitatem iustitiae iam constitutae declinando a malo, id est, nullum nocuum proximo inferendo.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod bonum, & malum hic accipiuntur sub quadam ipsa ratione, per quam appropriantur iustitiae. Id est, haec duo ponuntur partes iustitiae secundum aliquam propriam rationem boni, & mali, non autem alicuius alterius uirtutis moralis: quia aliae uirtutes morales consistunt circa passionem, in quibus bonum facere, est uenire ad medium, quod est declinare ab extremis quasi a malis.

Et sic in idem redit, quod ad alias uirtutes, facere bonum, & declinare a malo; sed iustitia consistit circa operationes, & res exteriores, in quibus aliud est facere aequalitate, & aliud est factam non corrumpere.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod declinare a malo, si ponitur pars iustitiae, non importat negationem puram, quod est non facere malum: hoc enim non meretur palmam, sed solum uitam poenae. Importat autem motum uoluntatis repudiationis ostendit: & hoc est meritum, praecipue quod aliquis impugnetur, ut malum faciat, & resistat.

Secunda Secunda s. Thomae. AA 2 primo

¶ 2 Praeterea. Super illud Psal. 33. Diuerte a malo, & fac bonum, dicitur glo. Illud vitat culpam, scilicet diuertere a malo, hoc meretur uitam, & palmam, scilicet facere bonum: sed quilibet pars virtutis meretur palmam, & uitam. ergo declinare a malo non est pars iustitiae.

¶ 3 Praeterea. Quaecumque ira se habent, quod vnum includitur in alio, non distinguuntur ab inuicem, sicut partes alicuius totius: sed declinare a malo includitur in hoc, quod est facere bonum, nullus enim simul facit bonum, & malum. ergo declinare a malo, & facere bonum, non sunt partes iustitiae.

**S**ED CONTRA est, quod Augustinus libro de correptione & gratia ponit, ad iustitiam legis pertinere, declinare a malo, & facere bonum.

**R**ESPOND. Dicendum, quod si loquamur de bono, & malo in communi, facere bonum, & vitare malum pertinent ad omnem virtutem: & si hoc non ponitur partes iustitiae, nisi forte

Super Quaestione septima de intentione Aristotelis primum.

In 9. articulo. i. diuinitatem occurrit circa rationem in responso ad primum reddendum. declinare a malo, & facere bonum, secundum aliquam propriam rationem boni, & mali ponuntur partes iustitiae, & non ponuntur partes aliarum uirtutum, puta, fortitudinis, & temperantiae secundum alias speciales rationes boni.

Ratio littera est, quia in alijs uirtutibus in idem redit utrumque. In iustitia autem aliud est aequalitatem facere, & aliud factam non corrumpere. Videtur autem haec ratio nulla, cum quia in ipsa iustitia in idem redit utrumque, nam idem est aequalitatem facere, & ab inaequalitate declinare, non minus ab extremis ad medium uenire: tunc quia sicut aliud est aequalitatem facere, & aliud factam non corrumpere, ita aliud est medium inter passionem conseruare, & aliud conseruatum medium non corrumpere. Et sic uariis ratio nititur.

Ad huius euidenciam sciendum est, quod inter aequalitatem circa quam uersatur iustitia, & medium circa quod alij sunt uirtutes morales, haec est differentia, quod aequalitas est in rebus ipsis, medium autem inuis in animis nostris. Et hinc fit ut constitutum per alias uirtutes medium a me, nullus alius possit corrumpere. Nullus enim potest inuito ex

9. 18. articulo.

primo exclusit, quod importata per illas partes in materia aliam uirtutem, non sunt duae partes. Deinde, quod importata per easdem partes in materia iustitiae sunt duae partes, & non contrapositione in ueritate illa significata istis significatis. Et per hac patet solutio primae obiectionis, quia non penes illud posita est differentia: & secundae, quia penes illa posita est differentia. Et saluum est, quod id eadem ratio in iustitia, & aliis de facere, & non corrumpere constitutum, ut patet ex dictis.

¶ Super Quaestione septuagesimae nonae Articuli secundum.

**I**n arti. 2. eiusdem quaest. 79. dubium occurrit simpliciter, & ad hominem, circa id quod dicitur in calce articuli, scilicet, quod omnis peccatum, omnino a transgressione distinguitur. Simpliciter quidem, quia omnis potest esse materialiter transgressio, ut patet cum quis non uult ire ad missam tempore debito. Ad hominem uero, quia author in corpore huius articuli dicit, quod omnes species peccatorum possunt esse materialiter transgressio, quia per quodlibet mortale homo transgreditur aliquod diuinum praecceptum. Si enim per quodlibet mortale homo transgreditur praecceptum diuinum, & omnis est peccatum mortale quandoque, ergo omnis est etiam transgressio, sicut alia peccata materialiter sunt transgressio, & non omnino distinguuntur a transgressione.

¶ Ad hoc dicitur, quod, ut patet in littera, transgressio formaliter est actus positus, quo quis uult non seruare legem, & directe contrariatur actui uoluntatis, quo quis uult seruare legem. Et quia hic actus, est actus iustitiae legalis extendens se ad opera omnium uirtutum, pro quanto uult quis non solum facere illa opera uirtutum absolute, sed uult ea facere, quia praeccepta a lege diuina, uel naturalis, uel humana: ideo actus contrarius, scilicet, uelle non seruare legem, est actus iniustitiae generalis, seu legalis. Et iam extendere se quocumque potest ad omnia opera uirtutum, pro quanto potest quis non solum peccata absolute committere, sed potest etiam committere in odium legis. Et sic transgressio

**A**D TERTIUM dicendum, quod facere bonum est actus completius iustitiae, & quasi pars principalis eius. Declinare autem a malo est actus imperfectior, & secundaria pars eius: & ideo est quasi pars materialis, sine qua non potest esse pars formalis completa.

ARTICVLVS II.

*Utrum transgressio sit speciale peccatum.*

**A**D SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod transgressio non sit speciale peccatum. Nulla enim species ponitur in definitione generis: sed transgressio ponitur in communi definitione peccati. dicit enim \* Ambro. quod peccatum est transgressio legis diuinae. ergo transgressio non est species peccati.

¶ 2 Præ. Nulla species excedit suum genus: sed transgressio excedit peccatum, quia peccatum est dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei, ut patet per \* Aug. 22. contra Faustum: transgressio autem est etiam contra naturam, uel consuetudinem. ergo transgressio non est species peccati.

¶ 3 Præ. Nulla species continet sub se omnes partes, in quas diuiditur genus: sed peccatum transgressionis se extendit ad omnia uitia capitalia, & et ad peccata cordis, oris, & operis. ergo transgressio non est speciale peccatum.

**S**ED CONTRA est, quia opponitur speciali uirtuti, scilicet iustitiae.

**R**ESPON. Dicendum, quod nomen transgressionis a corporalibus moribus ad morales actus derivatum est. Dicitur autem aliquis secundum corporalem motum transgredi ex eo, quod graditur trans terminum sibi praefixum. Terminus autem praefigitur homini, ut ultra non transseat in moralibus per praecceptum negatum, & ideo transgressio proprie dicitur ex eo, quod aliquis agit aliquid contra praecceptum negatum, quod quidem materialiter potest esse commune in omnibus speciebus peccatorum, quia per quamlibet speciem peccati mor

**F** distinguitur ab alijs peccatis, sicut una species peccati in iustitia legalis, ab inreuerentia, &c. Et sic patet, cum dicitur, Secundum quod opponitur alij numero opposita alijs uirtutibus. Et quia uelle contra quod non uelimus: ideo transgressio, quae contra

talis, homo transgreditur aliquod praecceptum diuinum. Sed si accipitur formaliter. scilicet, sine habet specialem rationem, quod est facere contra praecceptum negatum, sic est speciale, secundum dupliciter. Uno quidem modo, scilicet, in quo opponitur ad genera peccatorum opposita alijs uirtutibus. Sicut, nam ad propriam rationem iustitiae legalis pertinet attendere debitum praecceptum ad propriam rationem transgressionis pertinet attendere contemptum praeccepti. Alio modo, scilicet, in quo distinguitur ab omissione, quae contrariatur praeccepto affirmatiuo.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod sicut iustitia legalis est omnis uirtus subiecto, & quasi materialiter: ita etiam iniustitia legalis est materialiter omne peccatum. Et hoc modo peccatum diffinitur \* Ambro. secundum scilicet

**H** rationem iniustitiae legalis. **A**D SECUNDUM dicendum, quod inclinatio naturae pertinet ad praeccepta legis naturalis: consuetudo etiam honesta habet uim praeccepti, quia ut Aug. dicit in epistola de ieiunio sabbathi: Mos populi Dei pro lege habendus est: ideo tam peccatum, quam transgressio potest esse contra consuetudinem honestam, & contra inclinationem naturalem.

**A**D TERTIUM dicendum, quod enumeratae species peccatorum possunt habere transgressionem non secundum proprias rationes, sed secundum quandam speciem rationem, ut dictum est. Peccatum autem omissionis omnino a transgressione distinguitur.

ARTICVLVS III.

*Utrum omisio sit speciale peccatum.*

**A**D TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod omisio non sit speciale peccatum. Omne enim peccatum aut est originale, aut actuale: sed omisio non est originale peccatum, quia non contrahit per originem: nec est actuale, quia potest esse absque omni actu, ut supra habitum est, cum de peccatis in communi ageretur. ergo omisio non est speciale peccatum.

¶ 2 Præ. Omne peccatum est vo-

ita quod ratio debiti formaliter cadit in rationem, ut est speciale peccatum, hoc est, formaliter ratio debiti ad solam iustitiam inter alias rationes, cedenti lib. quaest. 99. artic. 5. ad primum

Infra ar. 3. ad 3. Et arti. 4. ad 3.

Lib. de Paradiso ca. 8. parum ante med. to. 4.

Lib. 22. cap. 27. in prin. tom. 6.

formaliter est peccatum iniustitiae, vel generalis, seu legalis, vel specialis, vel utriusque, ut ratio debet currere. Materialiter autem in omni peccato, improprie dicitur id, quod est debitum. Et proprie dicitur id, quod est debitum in specie, ut in malis, quanto quodlibet bonum virtutis potest esse debitum non omittit, sed quis, ut debet, ut dicitur, ita quod omittit, ut g. comedere, quando oportet, &c. Quatenus autem tempore, qui est de peccato, non facit, omittit materialiter. Quatenus autem eandem debet, secundum naturam Dei legem, non facit, omittit formaliter. Et sic omittit formaliter, dicitur esse peccatum iniustitiae, ut in articulo corpore dicitur, dupliciter distinguitur, & ponitur speciale peccatum. Primum, sicut peccata iniustitiae sunt specialia peccata, & peccata contra temperantiam, & continentiam distinguitur. Secundo, sicut in ipsa peccata iniustitiae, inter se peccata distinguntur, sicut actus irruosi quibus opponitur. Tertio, sicut, quia facere bonum, & declinare a malo, sunt diversi actus iniustitiae: ideo omittit, quod opponitur ad facere: & transgredi, quod opponitur ad declinare, inter se sunt distincta peccata specialia sub iniustitia continentia, & haec intendit littera.

luntarium: sed omisso quandoque non est voluntaria, sed necessaria, puta, cum mulier corrupta est, quae virginitatem uouit: uel cum aliquis amisit rem, quam restituere tenetur: uel cum sacerdos tenetur celebrare, & habet aliquod impedimentum: ergo omisio non semper est peccatum. ¶ 3 Præ. Cuilibet speciali peccato est determinare aliquod tempus, quod incipit esse: sed hoc non est determinare in ommissione, quia quantumque non facit, similiter se habet, nec tamen semper peccat: ergo omisio non est speciale peccatum. ¶ 4 Præ. Omne peccatum speciale speciali uirtuti opponitur: sed non est dare aliquam specialem uirtutem, cui omisio opponatur, tum quia bonum cuiuslibet uirtutis omitti potest: tum quia iustitia, cui specialius uidetur opponi, semper requirit aliquem actum etiam in declinatione a malo, ut dicitur, omisio autem potest esse absque omni actu: ergo omisio non est speciale peccatum. SED CONTRA est, quod dicitur Iaco. 4. Scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi. RESPON. Dicendum, quod omisio importat pratermissionem boni, non autem cuiuscumque, sed boni debiti. Bonum autem sub ratione debiti pertinet proprie ad iustitiam: ad legalem quidem, si debitum accipitur in ordine ad legem diuinam, uel humanam. Ad specialem autem iustitiam, sicut quod debitum consideratur in ordine ad proximum. Unde eo modo, quo iniustitia est specialis uirtus, ut supra, habitus est, & omisio est speciale peccatum distinctum a peccatis, quae opponuntur aliis uirtutibus. Eo uero modo, quo facere bonum, cui opponitur omisio, est quaedam specialis pars iustitiae distincta a declinatione mali, cui opponitur transgressio, etiam omisio a transgressione distinguitur. AD PRIMVM ergo dicendum, quod omisio non est peccatum originale, sed actuale, non quia habet aliquem actum sibi essentialē, sed sicut quod negatio actus reducitur ad genus actus: & secundum hoc, non agere accipitur, ut agere quoddam, sicut supra dicitur, est. AD SECUNDVM dicendum, quod omisio, sicut dicitur, non est nisi boni debiti, ad quod aliquis tenetur. Nullus autem tenetur ad impossibile: unde nullus, si non facit id, quod facere non potest, peccat per omissionem. Mulier ergo corrupta, quae uirginitatem uouit, non omittit uirginitatem non habendo, sed non poenitendo de peccato praterito, uel non faciendo quod potest ad uotum adimplendum per continentiae obseruantiam. Sacerdos etiam non tenetur dicere missam, nisi supposita debita opportunitate, quae si desit, non omittit. Et similiter aliquis tenetur ad restitutionem supposita facultate, quam

si non habet, nec habere potest, non omittit, dummodo faciat quod potest: & idem dicendum est in aliis. AD TERTIVM dicendum, quod sicut peccatum transgressionis opponitur praeceptis negatiuis, quae pertinent ad declinandum a malo: ita peccatum omissionis opponitur praeceptis affirmatiuis, quae pertinent ad faciendum bonum. Praecepta autem affirmatiua non obligant ad semper, sed ad tempus determinatum, & pro illo tempore peccatum omissionis incipit esse. Potest tamen contingere, quod aliquis sit impotens ad faciendum quod oportet: quod quidem si sit prater eius culpam, non omittit quod debet, ut dicitur, est. Si uero sit propter eius culpam praecedentem, pura, si aliquis de se inebriauerit, & non potest surgere ad matutinas ut debet, dicunt quidam, quod tunc incipit peccatum omissionis, quia do aliquis se applicat ad actum illicitum, & impossibile cum illo actu, ad quem tenetur. Sed hoc non uidetur uerum, quia dato, quod excitaretur per uolentiam, & iret ad matutinas, non omitteret: unde patet, quod praeceps inebriatio non fuit omisio, sed omissionis causa. Unde dicendum est, quod omisio incipit ei imputari ad culpam, quando fuit tempus operandi, tamen propter causam praecedentem, ex qua omisio sequens, redditur uoluntaria. AD QVARTVM dicendum, quod omisio directe opponitur iustitiae, ut dicitur, est. Non enim est omisio boni alicuius uirtutis, nisi sub ratione debiti, quod pertinet ad iustitiam. Plus autem requiritur ad actum uirtutis meritorium, quam ad demeritum culpae: quia bonum est ex integra causa, malum autem ex singularibus defectibus: & ideo ad iustitiae meritum requiritur actus, non autem ad omissionem.

ARTICVLVS IIII. *¶ Super Questionis septuagesimae articulum quartum.* ¶ In articulo 4. eiusdem q. 79. dubium occurrit circa id, quod ibi dicitur, quod maior est distantia contraria, quam contradictoria. Et eius ratio est: quia omne nigrum est non album, & non contra. Falsum. n. dicitur, quia maior est distantia inter ens, & non ens, quam inter duo entia. Constat autem contrarium uirtutis esse ens, contradictorium autem alteri non ens, ergo ratio eius claudicat: quia non album extendit se ad omnia extra album, quorum multa magis distant ab albo, quam nigrum, ut patet de distinctis genere ab albo. ¶ Ad hoc dicitur, quod distantia dupliciter sumi potest, proprie pro differentia seu diuersitate positae, & communiter pro diuersitate qualiterque extensa etiam ad non conuenientiam. Et si hoc secundo modo

In solut. ad arg. praeced. Et 1. 2. q. 71. artic. 5.

In corp. ar.

Mal. q. 1. ar. 1. ad 4. & ar. 9. cor.

Lib. 8. ca. 10. circa princ. tom. 5. artic. ad 3.

¶ 2 Præ. Maiori bono maius malum opponitur, ut patet per Philosophiam 8. Ethicorum. sed facere bonum, cui opponitur omisio, est nobilior pars iustitiae, quam declinare a malo, cui opponitur transgressio, ut ex supra dictis patet. ergo omisio est grauius peccatum, quam transgressio.

¶ 3 Præ. Peccatum transgressionis potest esse & ueniale, & mortale: sed peccatum omissionis uidetur esse semper mortale, quia opponitur praecepto affirmatiuo. ergo omisio uidetur esse grauius peccatum, quam sit transgressio.

¶ 4 Præ. Maior poena est poena

Secunda Secunda S. Thomae. AA 3 modo

modo sit sermo. con-  
stat inter contradicto-  
ria esse maiorem di-  
stantiam, quia minus  
conueniunt, ut argue-  
do dicitur. Sed primo mo-  
do maior est distantia  
contrariorum, quam  
contradictoriorum.

Et ratio est, quia con-  
trariorum distantia  
vtriusque quantifica-  
tur: nam vtrumque  
extremum est posi-  
tium, & ponit ali-  
quantam sui distan-  
tiam. In contradicto-  
rijs vero ex vno tm  
membro quantitas di-  
stantia est. Tm. n. di-  
stat album a non al-  
bo, quantum entita-  
tem ponit album, &  
non plus: quia non al-  
bum nullam distan-  
tiam ponit. Et propte-  
rea auctor optime  
hoc probauit ex illa  
ratione, quia. f. distan-  
tia contrariorum con-  
rinet in se distantiam  
contradictoriorum, &  
addit supra illa: hoc  
.n. significant illa ver-  
ba. Omne. n. nigrum  
est non album, & no  
econtra, ac si diceret.  
Nigrum includit di-  
stantiam albi a non  
albo, quia omne ni-  
grum est non album,  
& vltra hoc includit  
distantiam, quam po-  
nit ipsum nigrum ab  
albo. ergo est maior,  
cum non sit contra,  
scilicet, quod omne  
non album sit nigrum.  
Et quod obijciendo  
dicitur, quod non al-  
bum extendit se ad  
tot, nihil obstat: quia  
hoc est per accidens,  
seu materialiter. For-  
maliter namque lo-  
quendo, non album,  
neque nigrum, neque  
aliud genus infert, &  
stat cum minori di-  
stantia positina, puta,  
cum pallido, & alijs  
medijs coloribus.

Mo. m. 47. ad  
Pop. Antio-  
ch. to. 5.

Lib. 10. secto  
13. & 14. to-  
mo 3.

damni, f. carentia visionis di-  
uina, quae debetur peccato omis-  
sionis, q̄ pena sensus, quae debet  
peccato transgressionis, vt patet  
per \* Chrysostr. super Matth. sed  
pena proportionatur culpa. ergo  
gravius est peccatum omis-  
sionis, quam transgressionis.

SED CONTRA est, quod faci-  
lius est abstinere a malo facien-  
do, quam implere bonum. ergo  
gravius peccat, qui non abstinet  
a malo faciendo, quod est trans-  
gredi, quam qui non implet bo-  
num, quod est omittere.

RESPON. Dicendum, q̄ pecca-  
tum intantum est graue, inquan-  
tum a virtute distat. Contrarietas  
autem est maxima distantia, ut dicitur in  
10. \* Metaph. Vnde contrarium  
magis distat a suo contrario, q̄ sim-  
plex eius negatio: sicut nigrum  
plus distat ab albo, q̄ simpliciter  
non album. Omne. n. nigrum est  
non album: sed non conuertitur.  
Manifestum est autem quod trans-  
gressio contrariatur actui virtu-  
tis: omisio autem importat negatio-  
nem ipsius: puta, peccatum omis-  
sionis est, si quis debitam reueren-  
tiam parentibus non exhibeat:  
peccatum autem transgressionis,  
si contumeliam, uel quancumq;  
iniuriam eis inferat. Vnde mani-  
festum est, q̄ simpliciter, & abso-  
lute loquendo, transgressio est  
gravius peccatum, quam omis-  
sio, licet aliqua omisio possit ef-  
se grauior aliqua transgressionem.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄  
delictum cõiter sumptum signi-  
ficat quamcunque omisionem.  
Quandoq; tamen stricte accipi-  
tur pro eo, q̄ omittitur aliquid  
de his quae pertinent ad Deum,  
vel quando sciẽter, & quasi cum  
quodam cõtemptu derelinquit  
homo id quod facere debet: &  
sic habet quandam grauitatem,  
ratione cuius maiori expiatione  
indiget.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ ei  
quod est bonum facere, opponitur & non facere  
bonum, quod est omittere, & facere malum, quod  
est transgredi: sed primũ contradictoria, secundum  
contraria, quod importat maiorem distantiam, &  
ideo transgressio est grauius peccatum.

AD TERTIUM dicendum, q̄ sicut omisio opponitur  
praeceptis affirmatiuis, ita transgressio opponitur  
praeceptis negatiuis: & ideo vtrumque si proprie ac-  
cipiatur, importat rōnem peccati mortalis. Potest  
autem large dici transgressio, uel omisio, ex eo q̄  
aliquid sit praeter praepcepta affirmatiua, uel negatiua,  
disponens ad oppositum ipsorum. Et sic vtrumque  
large accipiendum, potest esse peccatum veniale.

AD QVARTUM dicendum, q̄ peccato transgressio-  
nis m̄det & pena damni propter auersionẽ a Deo,  
& pena sensus propter inordinatam cõuersionẽ ad  
bonum cõmutabile. Similiter etiam omisio non

folium debetur pena damni, sed  
etiam pena sensus, secundum il-  
lud Matth. 7. Omnis arbor quae  
non facit fructum bonum, cici-  
detur, & in ignem mittetur. Et  
hoc propter radicem, ex qua pro-  
cedit, licet non habeat ex neces-  
sitate actualem cõuersionem ad  
aliquid bonum commutabile.

QVAESTIO LXXX.

De partibus potentialibus iustitiae, in  
duos articulos diuisa.

**D**EINDE considerandum  
est de partibus potẽ-  
tialibus iustitiae, id est, de  
virtutibus ei annexis.

ET CIRCA hoc duo sunt con-  
sideranda.  
¶ Primo quidem, quae uirtutes  
iustitiae annexantur.  
¶ Secundo, considerandum est  
de singulis uirtutibus iustitiae an-  
nexis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Virum conuenienter assignentur vir-  
tutes iustitiae annexae.

**A**D PRIMUM sic proceditur.  
Videtur, q̄ inconuenienter  
assignentur uirtutes iustitiae an-  
nexae. \* Tullius enim enumerat  
sex, scilicet, religionẽ, pietatem,  
gratiam, uindicationem, obler-  
uantiam, ueritatem: uindictio  
autem uidetur species esse com-  
mutatiuae iustitiae, in quam illa-  
tis iniurijs uindicta rependitur,  
ut ex supra ¶ dictis patet. non  
ergo debet poni inter uirtutes ius-  
titiae annexas.

¶ 2. Præ. \* Macrobius super  
somnia Scipionis ponit septem,  
scilicet, innocentiam, amicitiam,  
concordiam, pietatem, religio-  
nem, affectum, humanitatẽ, que-  
rum plures a Tullio praetermit-  
tuntur. ergo uidetur insufficien-  
ter enumeratas esse uirtutes ius-  
titiae adiunctas.

¶ 3. Præ. A quibusdam alijs po-  
nuntur quinque partes iustitiae,  
scilicet, obedientia respectu supe-  
rioris, disciplina respectu inie-  
rioris, aequitas respectu aequi-  
lium, fides, & ueritas respectu  
omnium, de quibus a ¶ Tullio  
non ponitur nisi ueritas. ergo ui-  
detur insufficien-ter enumeratas  
uirtutes iustitiae annexas.

¶ 4. Præ. Andronicus Peripatet-  
icus ponit nouem partes iustitiae  
annexas, scilicet, liberalitatem, ben-  
gnitatem, uindictiuam, eugno-